



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1614**

Med. 25. De Comprehensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

## MEDITATIO XXV.

DE COMPREHENSIONE  
Christi.

## PUNCTVM I.

a Luc. 22. 52.  
Matt. 26. 55.  
Marc. 14. 48



IXIT a autem IESVS ad  
eos, qui venerant ad se, Prin-  
cipes Sacerdotum, & Magi-  
stratus templi, & Seniores.  
Quasi ad latronem existu cum  
gladijs & fustibus? cum qua-  
tidie vobiscu fuerim in tem-  
plo, non extendistis manus in me: sed hac est ho-  
ra vestra, & potestas tenebrarum.

I.

PERPENDE primùm, innocentissimum  
hunc Dominum, vt latronem ab eis habitum,  
& tractatum, & vt ad talem venisse compre-  
hendendum. Et credibile est, hoc clamore ex-  
citatos venisse milites illos gentiles. O bone  
IESV, quàm procul id abest, vt tu sis latro, aut  
alienorum prædator; qui nostri cõmodi causa  
effundis, quicquid habes vt proprium! Si de  
prædari corda, si animas hominum de satana  
potestate liberare, est esse latronem: certum  
est te talem esse: cuius est compellatio: b *Ve-  
lociter spolia detrahe, cito prædare: sed hoc non  
iniuriæ, sed honoris est: non culpa est com-  
prehensione digna; sed facinus præclarum lau-  
dabile.*

b *Isaie 8. 1.*



abile. Depradare, Domine cor meum, tibi-  
que illud accipe: qui nec accipies aliena, cum  
sint omnia tua; nec id facies invito Domino;  
quia libentissimè potius habeo, sic esse tuæ  
prædæ.

DEINDE perpende, qua ratione turbam  
illam Christus reprehendat: *Quotidie*, inquit,  
*apud vos sedebam in templo docens*. Atq; si di-  
ceret, hanc à vobis reporto mercedem laboris  
mei, in vos docendo, vt tanquam latro traçter,  
qui vester semper Magister fuerim? O cœle-  
stis Magister, quàm malè tibi rependimus do-  
ctrinam, quam nobis tradidisti! Dimitte nobis  
hanc inciuilitatem; & compatere nostræ mi-  
seriæ: qui etsi mali sumus discipuli, non tu de-  
sinis bonus esse Magister.

DEVM & illa perpende verba. *Hac est*  
*hora vestra, & potestas tenebrarum*: quibus fe-  
cit CHRISTVS Dominus hostibus suis pote-  
statem in corpus suū, etiam Dæmonibus, quo-  
rum illi erant ministri, vt caperent, & pro li-  
b. et cruciarent, non limitatione e *vitæ eius* ¶ Iob. 1. 12,  
*seruandæ*, sicut Iob; sed plenam: vt & illam vi ¶ 2. 6.  
tormentorū adimerent. Quod magnam in  
me debet compassionem excitare, attendente,  
quod sœuis aded hostibus, tantus Dominus  
meus mei causa sit traditus. Gratias tibi, ô a-  
mantissime IESV, pro tanta hac tua in me cha-  
ritate, qua & corpus & vitam tuam Inferni  
potestatibus tradideris, vt animam meam ab  
eisdem liberares. Ego, ego dignus eram, qui eis  
traderer, quia ego peccaui: Sed charitas tua

II.

III.



hanc pro me poenam vult subire, vt me liberet, à culpa! Supplico, Domine Deus meus, vt ab eorum furore ita me defendas, vt neque in hac, neque in futura vita, in eorum incidam tenebras.

## PUNCTVM II.

**A**CCEPTA ea potestate, tota illa militum acies furiosè aggressa est Christum, & comprehendit. Licet quæ cogitare, impetu illo, fuisse Christum in terram prosectum, & ab eis incredibili rabie calcatum in ipsa facie, & toto corpore; moxquæ è terra violenter erectum, fustibus crudelissimè percussisse, & (vt Ioannes ait) etiam a ligasse in primis manus crudelissimo vno fune, iuncto etiam ad collum ab eo; idquæ totum magnogaudio, b

a Ioan. 18. 12

b Isai. 9. 3.

*sicut exultant victores. capti præda, quando diuidunt spolia: præcipuè cum præda valde fuerit in votis, & sæpè fuerunt in periculo eam amittendi.*

## I.

PERPENDENDÆ hîc sunt heroicæ Seruatoris nostri virtutes, vt eas imitemur, & ipsi Domino compatiatur. PRIMA fuit humilitas extrema, quæ subiecit pedibus hominum, & quidem peccatorum, eum c qui sedit super Cherubim & Seraphim. O quàm senserit tenerè, se ab omnibus conculcari! Dixerit sine dubio Patri suo æterno: d *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnant tribuluit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellâces aduersum me.*

c Isai. 32. 16.

d Psal. 55. 2.

Gra.



Gratias tibi dulcissime IESU pro humilitate a deo profunda, quam hic nobis, & pro nobis ostendisti. Magna quidem illa fuit, qua te ad Apostolorum tuorum etiã Iudæ pedes, ut eos lauares, abiiecisti: sed quæ illa cõferri cum hac potest, qua te finis à Iudæ ipso eiusq; acie maledicta conculcari! Concede mihi, Redemptor humillime, ut lubens me sinam à quouis conculcari, & sub omnium hominũ pedes abijci, qui etiã sum dignus esse sub Luciferi pedibus, & à Dæmonibus proteri.

HINC progrediar ad considerandum delictum inter iustos & peccatores in hoc casu. Peccatores enim (teste Apostolo) *conculcant*, eiusq; legem pedibus suis subiiciunt, *At iusti* (ut idem Apostol. ait) *glorificantur* & *portant Deum in corporibus suis*, eiusq; legem ponunt super humeros & caput suum. Percurrens autem præteritam vitam desitebo, quod Iesus Dei filium conculcarim, eiusq; voluntatem proteruerim, quod meæ locum darem.

PERPENDAM deinde inuictam mentis huius agni patientiam, in tot iniuriis, & contumeliis, ac percussionibus tolerandis, nullo verbo inferentibus reddito, nullo edito querelæ signo, aut motus alicuius iræ aut indignationis: etiamsi rabida inimicorum corda perspiceret, & illorum, ob se captum, exultationem. In quo illud Davidis locum habuit: *Circumdede runt me viri multi: tauri pingues obsederunt me: aperuerunt super me os suum sicut leo rabiens & rugiens.* O patientissime

II.



Agne, quid facis tot lupis, & ferocibus leonibus circumdatus? cur non balas, nec tuum aperis os contra illos, qui vel dicēs, *Ego sum*, pro sternere omnes potes! verū elapsa iam est hora loquendi: & nunc tacens & tolerans, calcari te sinis; vt patientiæ mihi exemplum præbeas: Adiuua me, vt verè illud accipiens, silentio tolerem quamuis iniuriam & contemptum mihi aduenientem.

## III.

PRAE cæteris autem virtutibus eminet infinita dulcissimi huius Seruatoris charitas, dum sacratissimas suas manus tradidit adeo crudeliter ligandas, manus inquam illas, quæ semper in benefaciendo iis ipsis, qui eas ligabant, sese occuparunt. & licet ligamina & vincula illa facilius ipse lacerare potuisset, quam Samson h *ruperit* sua: noluit tamen id facere, quia ipsemet sibi ligare illas voluit. fuitque & catenis charitatis, in pœnam iniquæ libertatis, nimisquæ laxitatis manuum nostrarum; quam ipse subire voluit, vt nos ab eo carcere liberaret, in quo, manibus pedibusque ligatis, detineri, eramus promeriti. Tunc impletum est illud Dauidis: *i Funes peccatorum circumplexi sunt me; ego autem legem tuam non sum oblitus.* Et quæ hæc alia quam charitatis lex est? quam CHRISTVS non fuit oblitus, cum à peccatoribus ligaretur: quod tamen ipse diligens, *k in funiculis Adam ad se trahere, & in vinculis charitatis secum ligare cupiebat.* O amantissime, & beneuolissime IESV, quis tuas manus ligare suffecisset,

h *Iudic. 16.*

9. 12.

i *Psal. 118.*

61.

k *Osæ 11. 4.*



curi easdem ipse amore prius alligasses? O manus liberalissimas, & potentissimas, quæ paulò ante, coelestem panem in vestros distribuistis, nec vnquam ad benè hominibus faciendū ligatæ fuistis: cur nunc permittitis ad eò crudeliter vos ligari? O verè diabolicam hominum audaciam, tam ignominiosè Dei manus ligantium. Ne quæso permittas Domine, manus tuas à peccatis meis & ingratitude ligari, ne mihi benè facias: potius oro supplex, meas à te ligari, ne vnquam ad aliquid extendantur, quod sapiat culpam; solui verò ad omnia, quæcunque sunt virtutis.

## PUNCTVM III.

**T**VNC a discipuli omnes relicto eo, fugerunt. a Matt. 26. 56.

**P**ERPENDERE primùm discipulorum inertiam & timiditatem à qua ita oppressi fuerunt, vt qui paulò antè tantam ab ipso Christo benignitatem fuerant experti, salutaria ad eò consilia audiuerant, tot eius prodigia viderant; & verò ipsi iactabant se paratos esse cum ipso mori: nunc horum omnium obliti, cùm captum eum cernerent, statim deseruerint, ac fugerint, non solùm corpore: sed etiam Spiritu: Fidem ipsam, aut omnino amittentes, aut certè grauiter in eam nutantes. Pedes, qui paulò antè Christi manibus fuerant loti, defœdati nunc sunt hac turpi fuga, cor, quod sacratissimo Christi

I.

T 5 corpo-



corpore & sanguine fuerat confortatum, fortitudine illa à metu, vitam amittendi euanescente debilitatum fuit; Fides profundè facta in eorum mentibus radicata, ex tot prodigijs conspectis, obscurata fuit nebula illa, quam persecutionis timor excitauit. Vt hinc discatur quàm sit parum fidendum hominibus, quorum hæc est agendi ratio, vt etiam amicissimum in hac tantum vita comitentur, in mortis articulo omninò deserant: in prosperitate sese adiungant; separent verò se in aduersitate. Me ipsum itaque in his discipulis aspiciam, qui pacis tempore me præclarè facturum iactem, & præsumam; instante verò pugna & contradictione imminente, primus terga vertam: Christum sequor dum panis distribuitur, mihi què indulget; sed cum Passionis calix ebibendus est, aut me premit, mox me subtrahò: adeoque acceptorum beneficiorum obliuiscor; atque si nulla accepissem. O Saluator mi, libera me à tali scandalo, & inertia; nec me desere tentationis tempore: Si enim tu me protexeris, nunquam ego te deseram.

## II.

Ex parte autem Christi, eius intimum sensum perpendam, quem habuit ex sui gregis dispersione, & scandalo, quod illi prædixerat: se ipsum etiam solum & ab amicis suis desertum cernens, dixerit illud Davidis: *b Psal. 87 9. Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum vt abominabilis inimicis meis, & non egrediebar, vt me*

defen-



defenderem: *Oculi mei languerunt pra inopia,*  
 attendens eorum miseriam. O dilecte mi, si  
 statum mihi fuisset, te in illa hora comitari,  
 simulq; comprehendi, ita ut iidein funes ma-  
 nus meas ligassent, qui tuas ligauerunt! Hic  
 honor meus erit: Auertat verò ipse DEVS, ne  
 in tantam deueniam dementiam, ut abomina-  
 tionem existimem eum, qui consolatio &  
 sanctificatio mea est.

MEDITATIONES DE MY-  
 sterijs Passionis, nocte compre-  
 hensionis subse-  
 cutis.



RO insequentium Medita-  
 tionum fundamento aduer-  
 te, Christum Dominum no-  
 strum, quo maioribus igno-  
 minis afficeretur, voluisse  
 ad quatuor tribunalia siue  
 concilia deduci, hominum insigniorum qui e-  
 rant Ierosolymis, duo Ecclesiasticorum, & duo  
 Secularium.

PRIMUM fuit Tribunal Annae qui Scribarum  
 & Legisperitorum Princeps & Caput erat; ex  
 quibus consuebatur Conciliū septuaginta Se-  
 niorum, ad eas causas & quaestiones, de doctrina,  
 que secundum Scripturas docebatur, & pra-

Baron tom. I  
 an. 30. & 34  
 Christi.

dica-



pradicabatur, discernendas. SECUNDVM fuit Caypha, summi Pontificis & supremi Sacerdotis, ad quem ceteri Pontifices & Sacerdotes, ac Pharisei religiosi illius temporis, conueniebant, in causis Religionem concernentibus. Et hoc erat Ecclesiasticum, legitimi illius temporis iudicis, Tribunal. TERTIVM fuit Pilati, iudicis & Praefidis Iudaeae, ad quod confluebat multitudo Scribarum, iudicum, & aliorum Ministrorum Iustitiae, ut moris erat. QVARTVM deniq; fuit Herodis Regis Galilaeae, apud quem plurimi erant aulici Domini, & manus militum ad custodiam de more.

IN quatuor hac tribunalia & concilia fuit Christus Dominus deductus; & in omnibus ignominiose illusus. Ad eius itaq; contemptum, conuenerunt omnes insigniores, & eminentiores in literis, in Religione, in iustitia, & excellentia, qui essent Ierosolymis. Et qui sapientissimus erat, & in scientiis omnibus eminentissimus Magister, voluit à Sapientibus, & earum professoribus contemptui haberi; qui summus erat Sacerdos, & omnis Religionis & Sanctitatis exemplar, despici voluit à Sacerdotibus & profitentibus sanctitatem; qui iustissimus erat viuorum & mortuorum Iudex, subsannatus fuit à ludicibus & ministris iustitiae; ac deniq; Rex Regum, & Dominus Dominantium illusus fuit à Regibus, & aulicis, ac satellitibus eius, prater



in finitā aliam populi turbam, quā ad eāsdem  
 illusiones & sannas confuxit, ita statuente ipsa  
 maiestate diuina, vt ex eo exemplo humilitate  
 acem disceremus, & patientiam, & vt quicun-  
 que in hoc mundo contemptui erunt cuius ho-  
 minum generi, consolationem hinc haurirent,  
 conuincientes oculos in hunc nostrum seruato-  
 rem: & ob alios fines in subsequentibus medi-  
 tationibus perpendendos. Circa quas obserua-  
 me supponere ex multorum Doctorum Senten-  
 tia, primum examen Christi Domini, & ala-  
 tam eidem inflictam, accidisse in domo Anna:  
 ac propterea me secutum ordinem & narra-  
 tionem S. Iohannis: conficio item ex tribus Sancti  
 Petri negationibus vnicam meditationem, siue  
 illa omnes apud Caypham euenerint, siue dua-  
 tantum vltima, prima verd apud Annam: siqui-  
 dem ad scopum meditationum non refert,  
 quod in vno omnes, vel in diuer-  
 sis locis euene-  
 rint.

P. Ignatius  
 eundem se-  
 quitur ordi-  
 nem in suis  
 exercitiis.

